Entstehungsort unbestimmt (Tirol?), 3. Viertel 15. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

vel si vspiam vectigalia quorundam exactiones aut posi
tiones necessarie plerique sint circa forum siue portus siue
edilia quedam ~~humana~~ vrbana siue portuaria aut reli
qua huiusmodi her ne legibus audebimus essere Adi Indignum
id esset inquit bonis et honestis viris similia statuere
plurima quidem eorum q legibus firmare expediat fa
cilime reperient So Et id inquit amice fateor si modo hiis
legum obseruantia deus attribuerit cui nos prius ser
mone tetigimus Adi Quinam inquit plura huiusmodi
legibus firmantes diligentes que semp quod optimum sit fi
stipere putantes vniuersam agent vitam So Vuere
inquit illos ait quemadmodum egrotos dicere solemus ob in
temperantiam quandam et ingluuiem exprauia dieta ex
tedere nolentes Adi Omnino inquit So At hii inquit perpau
dam admodum vitam agunt medicinis quippe assidue
in herentes nil preter maiores dissimiles que valitudines
solent generare sanitate etiamsi sperantes adipisci si
quis illis pharmacum plerique consulat Adi Et her inquit
egrotantium passio potissime consimilis So Quid igit
inquit nu id etiam iocundius ac gratius omni inimicissimum
putare illum qui vera referat nisi prius a crapula
saturitate venere desidia que contineat neque pharmaca
neque vstiones incisiones ue neque carmina vlla aut per
pendicula etiam illi profuta Adi Omnime iocundis ~~aut~~
ait vera equidem dicenti succensere ingratissimum existio
So Hocum itaque virorum vt apparet haud quidem qua ipse lau
dator es Adi Perquam non inquit So Neque si ciuitas
idem agat vere quemadmodum an nos simile is agere videt
quecumque ciuitatum pessime reguntur proponentes siquidem
ciuibus suis vniuersum vrbis statum nequaquam commutare si quis
illud forte ~~hecat~~ audeat mortem comminat qui vero in
huiusmodi republica iocunde curet ac indulgeat omnibus

legum obseruantia

facete

nonne nichil eum deterreo

Que obsunt salubritati

Et tamen fit

vtinam ciuitates